



3315 [= . . . + 6690, 25] Neapo in museo.




Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1983.

3316 [= . . . + 6745, 8] Neapo in museo.



Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 2016.

3317 Neapo in museo.




Recognovi. Fiorelli cat. n. 1988.

3318 Neapo antea apud Fuscum, nunc in museo.

Recognovi. Fusco *iscr. di Pozz.* n. 56; Fiorelli cat. n. 1997.


3319 [= 6740] Neapo in museo; notata est nota Farnesiana, male iudice Rossio.



Descripsi et recognovi. Fiorelli cat. n. 1996.

3320—3333 Quae sequuntur fragmenta aetatis christiana extant omnia Neapo in museo publico, ubi ea recognovi.

3320 [= 6738]




Fiorelli cat. n. 1990.

3324




Fiorelli cat. n. 1994.

3328




Fiorelli cat. n. 2040.

3331



Fiorelli cat. n. 2014.

3321




Fiorelli cat. n. 1991.

3325




Fiorelli cat. n. 1998.

3329




Fiorelli cat. n. 2041.

3332



Fiorelli cat. n. 2017.

3322




Fiorelli cat. n. 1992.

3326




Fiorelli cat. n. 1999.

3330



Fiorelli cat. n. 2042.

3333



Fiorelli cat. n. 2048.

XLIII. MISENVM (Miseno). *Tribu Claudia.*

Misenum vel Miseni promunturium, quod poetae a Miseno Aeneae tubicine appellatum esse fabulantur (Vergilius Aen. 6, 234 al.), multi commemorant; comprehensum fuit aliquando finibus Cumaniis (Liv. 24, 13, 6). Villae hic quoque mature aedificari coepiae sunt, ut Lucullana, de qua diximus ad n. 1746—1748, item Antoniorum (Cicero de imp. Pomp. 12, 33; de orat. 2, 14, 60; ad Att. 10, 8, 10, 14, 20, 2, 15, 1, 2; Philipp. 2, 19, 48). Portum ibi instituit Augustus (Sueton. Aug. 49), cuius situm accurate determinat Strabo 5, 4, 5 p. 243: καύμαντι δὲ τὸ Μισηνὸν λιμήν εὐθὺς ὑπὸ τῷ ἄκρᾳ, καὶ μετὰ τοῦτον ἐγκολπίουσα ἡών εἰς βάθος, ἐν τῷ αἱ Βαῖαι. Oppidum, modo Misenum (n. 3679 cet.) dictum, modo Misenas (n. 3342 a. 3675 *Misenis* sexto casu) ibi crevisse ex classiariorum statione intellegitur ex Plinii narratione ep. 6, 20, 7; ad rem publicam suam Misenates pervenisse ignoramus, nisi silentium auctorum supplerent matriculae praetorianorum urbanorumve militum duea recensentes altera a. 143/4 *M. Turranium Pollio* *nem Miseno* (vol. VI n. 2379 a II, 20), altera a. 198 (vol. VI n. 3884, 2, 29) *M. Ulpium M. f. Cl. Maximum Misen.*, item diploma n. 3335 datum *T. Fl. T. fil. Alexandro natione Italo domo Miseno*, denique tituli ad Misenum inventi prae classiariis pauci, sed qui demonstrent coloniam eo deductam esse (n. 3674, 3678) eamque fuisse sub duoviris (n. 3678). Ea res publica cum secundum supra dicta ante Pium constituta sit et tribum Claudiam habeat testibus matricula altera et titulis n. 3679, 3680 (cf. n. 1593), constitutio eius probabiliter ad Claudium imperatorem referetur.

Classis Misenensis titulis repertis ad Misenum, qui hoc capite componuntur paucisque ad Misenatum rem publicam pertinentibus praeponuntur, lapides interposui scriptos eiusdem argumenti, qui innotuerunt ex

museis Parisino et Britannico originis nota destituti; item militares agri Puteolani, qui apte classiariis convenient, sed ad quod genus militum pertineant non enuntiant, cum militares in his partibus reperti longe maxima ex parte ad classem spectent; denique classiariorum Ravennatum paucos titulos in hoc agro inventos. De ipsa classe Misenensi rebusque classiariis hoc loco non disputabimus; unum observabimus *praetoriae* nomen honorarium secundum ea quae ex diplomatis praesertim composimus vol. III p. 4155 ei impositum esse inter a. 71 et 127, ut qui tituli id habeant, eos constet Nerone esse posteriores. *Piae vindices* classes duae primariae primum, quod sciam, appellantur in titulo vol. III n. 168 posito a classe Antoniniana, id est inter a. 211 et 221. Mansit classis ad quintum usque saeculum (not. Occid. c. XLII: *in provincia Campania praefectus classis Misenatum Miseno*), sed tituli, ut alibi, ita hic quoque post Diocletianum fere deficiunt. — Ordinavi titulos ita, ut inciperent ad ipsam classem spectantes, sequerentur primum praefectorum; deinde navarchorum et trierarchorum sive centurionum adiunctis titulis quotquot ad centuriationem classiariorum explicandam faciunt<sup>1)</sup>; mox militum principalium ad certa munera deputatorum ordine alphabetico, qui sunt adiutores trierarchi,

1) Addo quae ex laterculis urbanis a. 212 (vol. VI n. 1063, 1064) huc pertinent:

*Classis pr. Mis.*  
γ quadrieri (in altero quadriere) *Fide*  
*Naevi Eutuchiane*  
γ trieris *Spei* (in altero triere *Spe*)  
*Flavi Antioce*  
*Iuli Domnon*  
γ liburna *Fidei*  
*Aeli Alexand[r]e*